

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Turbo, sive moleste et frustra per cuncta divagans  
ingenium**

**Andreä, Johann Valentin**

**Altorfii, 1620**

Scena V.

[urn:nbn:de:bsz:31-138638](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138638)

SCENA V.

*Harlequen.*

**S**alvete spectatores, quos ego nunc primum intueor haec occupatio- nibus prohibitus. Phy, quæ turba? an me agnoscitis? an scitis nomen? Patriam? Parentes? Vitæ genus? Ego Harlequinus sum Turbonis Minister, turbarum socius, turbinum executor.

*Per varios casus, per tot discrimina rerum,*

Veni ad vos, ut si quis inter vos, qui Turbonis mei cerebrum curare auserit, prodeat, & artem suam meis artibus commisceat, jam Logicus est, Rhetoricus, Mathematicus, Politicus, Historicus, Aulicus, Peregrinator, Linguarum peritus, Pugil: Nec tamen sapit, & quod tacite pronuncio, quotidie minus. Pudet referre. Intus saltat ut capra, & salit ut Caper, & subsilit ut Capricornus: cum revoco scholasticam vitam, primum caperata fronte syllogismos nexit, & fuit piscator, postea deductâ fronte ad ravim declamavit & fuit Circulator, mox orbes

bes circumgiravit, fuitq; tornarius, post  
fabulas collegit, fuitq; anus: deinde  
Mundū examinavit, fuitq; *Luglins Land*:  
insuper aulas inspexit fuitq; equiso ab  
eo in Mundum excurrit, fuitq; tabella-  
rius, linguas didicit, fuitq; polypus, usq;  
dum in rabiem conversus, nunc confi-  
tatur, & saltat, ac omnino cuncta amo-  
ræ mentis signa profert. Ecce urinam  
quàm turbida est, quàm syllogismo-  
rum, Astrolabiorum, Mapparum, Po-  
liticorum, Nomenclaturarum, Urbium  
ac Pagorum plena, illam tamen olim de-  
sideratam Sapientæ Arcem non inve-  
nio: equidem malè habet, quod velut  
affectatâ impietate ejuravit ineptiam  
scholasticæ sanitatis, & tanquam virili-  
bus vitiis testetur, se ab ea imbecillitate  
recessisse, quæ aut Deum, aut homines  
timet. Ego morum Magister ei positus  
sum, sed nihil ago: optimum est, si per-  
petuò subsequar, incidamusq; tan-  
dem vel imprudentes in bonum.

Nónne Musicam audio?

à dieu.

ACTUS

ACTVS T

SCENA

Acta. Labella. Ru  
Musica

peramihl mea b  
tun citius fatig  
tunadatis. L. N  
phuris me judice  
tunuarum. T  
regio palatio & d  
tunc humilem  
tuis tuæ est,  
topem videas, i  
Ego qualis sum  
tredo, dum meo  
labella! cæsum n  
naturæ conten  
tina quoc iam com  
T. Veneré testo  
tuncmor meus in  
tunc potest: pars